



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Rationale Vtrivsq[ue] Potestatis Ecclesiasticæ**

**Talamellus, Thomas**

**Ticini Regii, 1618**

Capvt Primvm. In quo breuiter proponitur satis curiosa quæstio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61615)

PRIMI TRACTATVS  
CAPVT PRIMVM

*In quo breuiter proponitur satis  
curiosa questio.*



Vlti solent diligenter quære-  
re, ac subtiliter inuestigare, qua  
de causa Deus optimus, maxi-  
mus, cum sit omnipotens, sæ-  
pè, ac sæpius permittat, mul-  
ta in hoc sæculo accidere scan-  
dala, atq; perniciosos sequi er-  
rores, & non impediatur, eo magis: quia omnia diui-  
no subsunt arbitrio imperatiuè, vel permissiuè, iux-  
ta illud, dicite Deo: quam terribilia sunt opera tua  
Domine? & infra eodem Psalmo Venite, & videte  
opera Dei: terribilis in consilijs super filios homi-  
num, & infra eodem Psal. qui dominatur in virtute  
sua in æternum: oculi eius super gentes respiciunt  
&c. quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & alti-  
tudines montium ipse conspicit, Deus autem no-  
ster, in cælo: omnia quæcunq; voluit, fecit, quia ego  
cognoui quòd magnus est dominus, & Deus noster  
præ omnibus Dijs: omnia quæcunq; voluit, fecit in  
cælo, & in terra: in mare, & in omnibus abyssis. &  
sanctus Leo, Deus omnipotens, & clemens, cuius  
natura, bonitas, cuius voluntas potentia, & cuius

*Ps. 62.*

*Ps. 94.  
Ps. 113.  
Ps. 134.*

*D. Leo Pa-  
pa ser. 2.  
de Nat.  
Domini.*

A opus



opus misericordia, &c. His multisq; alijs dictis sacrae scripturae stantibus, conueniens est finales assignare rationes diuinas: Quae notae erunt in sequentibus.

## CAPVT SECVNDVM.

*Primi Tractatus in quo priores adducuntur  
Responiones.*

I.

*Sup Luc.  
cap. 21.*

**D**Iuus primo loco Gregorius Papa, Verbo, cum audieritis praelia, & seditiones &c. Respondet

sic: ideò post bella, & seditiones non statim finis: quia multa mala debent praecurrere; vt valeant sine fine malum nunciare &c. Respondet etiam huic difficultati, siue praeposita quaestioni D. Hieronymus,

*2.  
Super  
Matth. 6.  
18.*

Verbo, accesserunt &c. quis putas maior est in Regno Coelorum? &c. videns Iesus cogitationes eorum, & causas erroris, intelligens, vult desiderium gloriae humilitatis contentione sanare &c. Vnde non videtur potuisse sanare, nisi plagam iam factam, &c.

sequitur textus Euangelicus, si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te &c. necesse est quidem scandala venire &c. Vch autem illi &c. necesse est, vt fiat in mundo, vitio suo facit, vt per se fiat &c. dum ergo punitur scadalorum auctor, quis dubitat diuinam apparere iustitiam? haec D. idem Hieronymus. at

*D. Tb. 22.  
q. 43. ar. 2  
ad primu.*

pro maiori declaratione dictorum in hac secunda responsione, maximè consideranda est doctrina Diui Thomae dicentis, siue gloriantis, necesse est, vt veniant